

De sancta Barbara

de hac vocatōe scribitur in multis locis. **Primo** Job. xv. Non sit discipulus sup magistrum. nec seruus maior domo suo. si me persecuti sunt et vos persequetur. **Secundo** de eadem vocatōe habetur Iohānis. xx. Sicut me misit pater sic mitto vos in mundum scz ad passionem. **Tertio** de eadem vocatione habetur Matth. x. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio lupor. Sic hodie deus vocat electos suos ad cōcomitātam passionis. ij. **Christi. iij.** Omnes qui p se volūt vivere in christo iesu persecutionem patiētur. Nam p multas tribulatōnes oportet nos intrare in regnū dei. **Actū. xiiij.** Et sic beatus andreas securus est christum. **Job. xxiij.** vestigia eius secutus est pes meus. vt impleatur in eo illud Sap. xviij. Similis pena seruus cū domino afflictus est. **Vide** de similitudine passiōis in precedenti sermone qui incipit. Relictis rhetib? securi sunt eum. scz per ignominia passionis crucis. prout dixit Matth. xvi. Qui vult venire post me abneget semetipm et tollat crucem suam et seqtur me etc.

De sancta Barbara.

Sermo quintus.

Quinqz fatue acceptis lampadibus nō sumpserūt oleum secū. prudentes vero acceperūt oleum in vasis suis cūz lampadibus. **Matth. xxv.** In vbiis premissis duo innūtur. **Primo** virginū insipientium negligētia damnosa. ibi. qnqz fatue nō sumpserūt. **Secundo** subiūgitur virginū prudentorū diligentia. ibi. prudentes vero. **De pmo dicit.** In illo tpe. s. feria tertia post palmarū volēs xps ostendere q iudei nō essent intraturi ad nuptias celestes. dixit parabolā istam. **Simile** est regnū. id est presens ecclesia militans decem virginibus. **Greg.** Per illas nō tantū qui seruabant castitatem vgnalem intelligūtur. sed omnes fideles in ecclesia sancta dicūtur vgnēs propter integritates fidei. **De qua** Athanasius. Quā nisi quisqz integraz inuolaramqz seruauerit absqz dubio in eternū peribit. **Et sic** mulieres dicūtur hic vgnēs. **De qbus** apostolus. ij. **Cor. xj.** Respondi vos vni viro vgnēz castam exhibere xpo. id est integritatem fidei. **Et figurantur** p numerū denarium ppter decem precepta ad que obligamur. **Matth. xix.** Si vis ad vitam ingredi serua mandata. **Et dicūtur** virginēs propter cōtinentiam ab illicitis actibus. **Et ponitur** hic duplex quīnarius ppter duplicem sexum. scz ppter viros et mulieres. que accipietes lampades suas. **Christ. super Mattheū.** id est. fidem. que illuminat animā sicut lampas domum. **Ideo** christus vocauit fidem lumen. **Iohan. xij.** **Adhuc** modicūz lumen in vobis est. **Glosa lyre.** id est parua et modica fides. **Exierūt** obutam spōso et sponse. **Chrysostom.** id est pparauerūt se ad obediēdum xpo et ecclesie. quia ex quo accepim? fidem cōcorditer debemus cōcordare cum voluntate christi et ecclesie. **Subdit.** quinqz autem erāt fatue et qnqz prudentes. **Origenes.** Qui recte credūt et iuste viuūt dicūtur prudentes. qui aut pntentur fidem et nō agūt opera ad salutē dicūtur fatue. **Gregorius.** Quid pdest q fide deo iūgmur et

morib? disiūgmur. quasi di. nihil. **Iacobi. ij.** Fides sine operib? mortua est. qsi diceret fatuitas. **Nota** mltiplices sunt fatui christiani qui cōprehendūt et intelligūt per quinqz virginēs fatuas vt dicit Origenes. quia sensuū deliciorū vicijs se dederūt. **Primi** fatui sunt qui fidem habent et male agūt. **Vnde** Proverb. xiiij. Qui cogitat mala facere stultus vocabitur. **Et si** ille qui cogitat multo magis ille qui operatur. **Tales** sūt fm Augustinū qui lampades habent et nō olenz id est fidem et non opera. **Gregorius.** Sicut lampas sine oleo feter et non lucet. sic fides sine operibus bonis. **Propter** quod dicit saluator Matth. v. Sic luceat lux vestra coram hominib? vt videant opa vestra bona et glorificet patrem vestrum qui in celis est. **Nam** fides sine operibus est fides demonum. **De quo** Iacobi. ij. Demones credūt et contremiscūt. **Et** subdit ibidem. Sicut corpus sine spiritu mortuum est. sic fides sine operibus. **Ideo** collaudat Isidorus fidem formatāz dicēs. Beatus est qui recte credit. et credēdo bene vivit. **Secūdi** fatui xpiani sunt qui postqz male agūt per sapientes corrigi nolūt. **Vnde** Proverb. xviij. Non recipit stultus verba prudentie. **Katio** ponitur Eccles. xij. Verba sapientū sunt quasi stimuli per quos corripitur vesania. **Et** quia quā talia verba correctōis nō recipit est signūz fatuitatis. **De quo** Proverb. xij. Qui odit correctiones insipientis est. **Et** quid amplius. Odit corripientem et nō amat. **Vnde** Proverb. xv. Nō amat pestilēs eum qui se corripit. et habet disciplināz tanqz pro ludibrio. **De quo** Proverb. xv. Stultus deridet doctrinam patris sui. **Sz** ecōtra Proverb. xv. dicitur Cor sapiens querit doctrinam quā fatuus spnit. **eo** q scribitur Eccles. xxi. Cor fatui quasi vas cōstrctum. et omnē sapiētiam nō tenebit. **Naz** sicut cribrum tenet fursura et nō farinam. sic tales stulti tenent inutilia et nō proficua. **Tercij** fatui christiani sunt qui alioz vitam respiciūt et excessus. et se per alioz maliciā excusare volūt. **Hec** est fatuitas de qua Eccles. xxi. Pes fatui facilis in domū proximi. nam fatui currūt hinc inde. et sic tales ad vitam alienam habent aduertentiā. **Quid** tibi de vita aliena. cūz scribitur Gal. vi. Vnusqzqz onus suū portabit. nam nō portabit pater iniquitatem filij. nec ecōverso Ezech. xviij. sed ania que peccauerit ipa morietur. **Ideo** apłus Roma. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienū seruū. si stat domio suo stat. si cadit dño suo cadit. **Ideo** Seneca. Proprium est stulticie alienam vitam cernere suamqz obliuisci. **Tales** em sunt stultiores asinis. **Naz** si alius quis asinus videt alium cadētem ipse circūit. **Ipe** autem fatui p eandem viam sequūtur dicentes. iste fecit hoc similiter et ille. cur nō ego. **Hieronimus.** Multitudo socioz non finit impunitū crimen. **Ideo** Exod. xxi ij. Non sequeris turbam ad faciendū mala. **Dicit** namqz gregorius. Non minus ardet qui cum multis ardet. **Videmus** em de quanto plura ligna de tanto maior flāma. **Idcirco** homo sapiēs attendat ad inertiam et consideret seipm. **Hugo.** Multe scientie hominū sed nulla melior q qua hō seipm cognoscit. **Ideo** etc

Seneca. Summa philosophia est sumptus noticia.
Bern. Quid potest scire cursus siderum quoniam homo non
 nescit seipsum. quod dicitur nihil. sed et fatuitas. **Quarta** fa-
 tuti christiani sunt qui in tali statu viuunt in quo
 mori inuiri vellent. ut luxuriosi. adulteri. et omnes qui
 scienter viuunt in mortali peccato. quia sciunt quod non
 est salus in tali statu. et tamen nolunt cessare nec desi-
 nere. **De fatuitas magna** quod nunquam una hora securi
 sunt. **Eccles. ix.** Nescit homo finem suum. sicut aues ca-
 piuntur laqueo et pisces hamo. sic homo in rege tribu-
 lationis. i. mortis. **Na** homo nescit tempus an ma-
 ne meridie vel vespere die vel nocte morietur. iuxta
 illud **Job. xxxij.** Nescio quid in subsistat et tollat me
 factor meus. **Neque** homo scit locum virum in mensa vel in
 lecto vel in domo vel in foro. **Bern.** **Quod** moriemur
 certum est. incertum autem ubi vel quod. mors ubique re-
 expectat. sed si prudens es ubique expecta eam. **Ideo**
 fatua audacia est in peccato mortali vivere. immo
 etiam in mortali obdormire. ut dicit augustinus in li. de
 verbis domini. **Qui** in vno peccato mortali obdormit
 audacior est quam qui cum septem hostibus de morte sua
 adinuat obligatis configit. **Pen** homo non aduertunt
 adulteri. fornicarii. ebrii. usurarii. superbi et auari.
De quibus Eccles. viij. Sunt impii qui ita securi sunt
 ac si vitam in saecula habeant. **Sed** hoc vanissimum iu-
 dico. imo fatuissimum. quia sine timore peccant. non
 ex ignorantia aut infirmitate humana. sed ex mali-
 cia. **Et** tales timent damna rerum. prouidi sunt ad cu-
 stodendum temporalia. sed non curant amissionem bono-
 rum spiritualium et eternorum. **Tales** timent infirmi-
 tatem et mortem corporis querentes medicos ad con-
 seruationem vite. sed non timent infirmitates eternas et
 mortem animarum. cum finem Augustinus. maior est damnum
 in amissione vnius anime quam corporis mille. **Immo** di-
 cit **Bern.** Totus mundus ille non potest estimari ad
 pretium vnius anime. **Ideo** prudens homo nec per diem nec per
 horam in tali statu vivere debet in quo mori nolleret
Cum hortamur in euangelio. **Matth. xxv.** Vigilate
 quia nescitis diem neque horam. **Aug.** Si nescitis qua
 hora dominus veniet semper vigila ut paratum te inueni-
 at. **Ide.** **Parat** ultimum dies ut obseruent omnes dies.
 id est singulis diebus et horis debemus ita vivere ac
 si singulis diebus et horis mori deberemus. **Quia**
 si fatui christiani sunt qui querunt quod inuenire non possunt.
 scilicet longam vitam in hoc mundo. et non querunt quod facili-
 ter inuenire possunt. scilicet virtuose vivere: quod est sapien-
 tia. **Eccles. vi.** Quid habet amplius sapientes stul-
 to nisi ut pergat illuc ubi est vita. scilicet permanens.
Stultus vero solum videt ut in hac vita fluida viuatur
De quo seneca. **Stultus** est qui querit ut diu viuatur
 sed non ut bene viuatur curat. **Talis** fatuus fuit diues
Auce. xij. qui dixit. **Vita** mea requiesce comede et bibe
 et epulare. habes enim multa bona reposita in annos
 plurimos. **Cui** dixit deus. **Stulte** hac nocte aiaz
 tua repetet a te. qui vero congregasti cuius erit. **Sic** est
 qui thesaurizat et non est in deum diues. i. non querit di-
 uinitas virtutum. nec cogitat de futura vita sed solum
 de presenti quod est modica. **Job. xliij.** Breues dies ho-
 minis sunt. **Reuera** breues. **Jacob. iij.** **Que** est vi-
 ta vestra vapor ad modicum parens. ps. cxliij. **Dies**
 hominis sicut umbra preterunt. **Sed** bene mulier cogi-
 tant super multa et longa temporum edificant firma

edificia. cum tamen hic simus hospites. ad **Heb. xliij.**
Non habemus hic manentem civitatem sed futuram in qua
 mus. **De presenti vero vita** scribit **Sap. v.** **Tanquam** nun-
 cius percurrentis et navis que pertransit fluctuantem
 aquam. cuius cum preterit non est vestigium inuenire. **Aut**
 tanquam avis que transuolat in aere. et nullum inuenit ar-
 gumentum itineris eius. **Sed** tamen sonitum alarum. aut tanquam
 sagitta emissa in locum destinatum. tanquam spuma gra-
 cilis que a pcella dissipatur. tanquam fumus qui a vento
 diffusus est. tanquam memoria hospitum vniuersi dei pre-
 tereruntis. **Sic** nos nati continuo desinimus esse. **Ecce**
 fatuitas magna perfidere in istam fluidam vitam.
Sed diceret. non debeo habere medicos ad conser-
 uandum me in presenti vita. **R**espondeo quod sic. quia scribit
Eccles. xxxvij. **Honora** medicum propter instantem ne-
 cessitatem. **Et** subdit. **Altissimum** de terra creauit me-
 dicinam. et vir prudens non abhorrebit eam. **Sed** di-
 cit scriptus **Thom.** in ordine ad vitam gratie et glorie. **Na**
 scribit **Esa. xxx.** **Expectat** nos deus ut misereatur
 nostri. **Et** sic nos intendere vivere deberemus ut mi-
 sericordiam eius accipiamus et ut peniteamus. quia de
 apostolo **Rom. ij.** **Ignoras** quam benignitas dei te ad pe-
 nitentiam adducit. **Et** sic christus ait palitico. **xxxvij.**
 annis in infirmitate facienti. **Vade** amplius noli
 peccare ne deterius tibi contingat. **Sexti** fatui
 christiani sunt qui bona opera faciunt sed recta intentione
 carent. **Hi** sunt qui lampades habent bonorum operum.
 sed carent oleo recte intentionis. de quibus augustinus. de
 verbis domini. **Qui** non propterea gaudent ut in irrisec-
 deo placeant non habent oleum secum. nihil enim habet
 dum continenter viuunt nisi id quod in laudibus homi-
 num attingunt. **De talibus** dicit gregorius. **Qui** rectam inten-
 tionem in opere non tenent totum opus amittunt. **Cui** con-
 sonat magister in. ij. sententia. **dis. xl.** **Actus** simplicitatis ma-
 li sunt qui perversam intentionem habent. **Hi** vident in
 iudicio. **Date** nobis de oleo vestro. i. prohibete nobis
 testimonium bonorum operum. **R**espondent prudentes. **Ite**
 portus ad vendentes et emite vobis. i. ad homines
 adulatores quos per laudem desiderastis et acceptastis
 quasi diceret. quid potest vobis laus hominum nisi
 sonus verborum transeuntium. cessat homo laudare potest
 ypocrita premitum suum. fatuus mercator est qui expo-
 nit merces suas nihil habentibus. **Et** sic ypocrite
 opera bona faciunt propter aspectum et laudem hominum
 de quibus **Eccles. xx.** **Lasius** et imprudens non ser-
 uabit tempus sed futurum ad remunerandum. **Septimi**
 fatui christiani sunt qui bona opera agunt et cha-
 ritatem non habent. de quo gregorius. **Sicut** lampas
 non lucet sine oleo sed feter. sic opus bonum sine cha-
 ritatis unctione deo non placet. de quo apostolus primo
Cor. xliij. **Si** charitatem non habueris nihil sum.
 scilicet in conspectu dei. **Vnde** **hilarius** super iohannem.
Frustra est omnis operatio nisi dei assit dilectio.
Sed diceret. quare charitas signatur per oleum
Responderetur septem de causis ut dicit **Plinius.**
 finem septem proprietates seu similitudines olei chari-
 tati comparatas. **Prima.** oleum est dilatatum
 nam parua gutta stillans in vestem in magnam di-
 latatur spacium. sic charitas non manet inclusa sed
 operatur dilatatur in multa bona opera. de quo
 gregorius. **Charitas** non est ociosa sed operatur ma-
 gna si est. et non solum quo ad se sed etiam quo ad

De sancta Barbara

alios. sicut apłs in qđ. j. **Cor. x.** Non qrens qđ in
vtilē est qđ multis vt salui fiant. **Secda** pprietas
oleū est penetrabile. sic charitas penetrat interio-
ra cordis. non solū exterius. i. verbis. de qua dicit. j.
iobis. iij. **Filioli** non diligam? verbo et lingua sed
ope et veritate. nō sicut hī de qđ scribit ad **Tytū. j.**
Confitent se nosse deū vbi. factis aut negant. **Q**
đ sunt tales. de quo ps. lxxvij. **Dilexerūt** eum in
ore suo. et lingua sua mēti sunt ei. cor autē ipsoz
nō erat rectū cū eo. nec fideles habiti sunt in testa-
mento eius. vt dīcēs se xpianos et agentes opa
dyaboli. **Matth. vij.** **Fructibus** eoz cognoscetis
eos. **Origenes.** Quid sperat in h saluari q xpia-
ni appellamī. nā nomē xpiani nō saluat hominē
s opus. iuxta illud **Matth. vij.** Non ois q dicit in
dñe dñe intrabit regnū celoz. s q facit voluntatez
patris mei q est in celis hic ē q intrabit in regnū
celoz. nā dicit apłs. j. **Cor. iij.** Non est regnū dei in
sermone. **Tercia** oleū nō est sonozatiū s lenit ca-
dit cū fundit. sic charitas nō cū indignatōne agit
opus s pte. de quo apłs. j. **Cor. xij.** Charitas nō
agit perperā. non irritat nec irritat. s implet illud
Greg. Qui vere deū amat oia eqłiter portat. **V**
idemus q rota nō vincta murmurat aut sonat. sic
hoies charitatē nō habētes cū murmuratōe et dif-
ficulter opant. **Origenes.** Plura nō toleramus qz
charitatē non habem. **Quarta.** oleū est lenitiū
sic charitas oia gravia facit lenia. **Greg.** Amant
nihil ē difficile. ppter qđ dicit **Berñ.** Vbi ē amor
ibi nō est labor. s sapor. vt impleat in hoie amāte
illud qđ scribit a gre. **Mens** q fortiter deū diligit
dulce estimat qđ amarū sit. vt bñs laurentius q
dixit. **Carbones** tui refrigeriū in pstant. **Quinta**
oleū est purificatiū. quia ferrū vel calibē politū
a rubigine cōseruat: sic charitas pseruat hominē
a rubigine peccati. j. **Ps. iij.** Charitas opit mul-
titudinē pctōz. vt pz de maria magdalena. **Luce**
vij. **Dimissa** sunt ei pctā multa qm dilexit multū
ideo **Prover. x. dī.** **Vniuersa** delicta operit chari-
tas. et **Greg.** in omel. sup **Lucā. vij.** Quid frēs cre-
dimus dilectionē nisi ignē. qđ culpā nisi rubigi-
nem. tanto plus rubigo pcti cōsumit quāto plus
mens hois accendit charitate. **Sexta.** oleū est cō-
ditium cibi. sic charitas gratificat et ornat cetera
bona opa. de qua aug. **Charitas** est que valet ad
oia sine q nihil valent oia. nā sicut cib sine condi-
mento. sic alia bona opa sine charitate. nā nō gra-
tificant hoiem q ad deū. ideo **Hugo** in li. de lau-
de charitatis. **Dia** sacra hñe potes et malus eē po-
tes. s cū charitate malus esse nō potes. ideo sub-
dit ibidē. **Dilige** et fac qđqđ vis. quia diligentibz
deū oia cooperant in bonū. **Rom. vij.** **Septima.**
oleū est ab arbore pcessiū. sic charitas fluit et flu-
xit ab arbore scē crucis. **Vñ Berñ.** Nihil te mibi
reddit ita amabilē o bone iesu qz calix quē bibisti
scz in arbore scē crucis. **Idcirco** si es frigidus in
dei amore appropinqua ad hācolinā. id est reco-
dare passionis dominice. **De qua Damasc.** Quid
magis ad charitatez accendit qz q pprio filio suo
nō peperit deus s p nobis omnibz tradidit illū
Hoc oleū charitatis habuit brā barbara. quia pa-
trem reliquit. mundū sprecuit. corp ad penā mor-

tis dedit. vt patet in eius legenda

Sermo. vij. **Ad idem.**

Ecce spōsus venit exi-
te obuiā ei. scribit **Matth. xxv.** et legit de
scā barbara p euāgelicali officio. **I**n
verbis premissis duo innuunt. **Primo** pñciat
xpī aduentū amozosum. **Secdo** incitat ad occur-
sum ei gloriozum. **Primū** ibi. ecce sponsus venit
scōm ibi. exite obuiā ei. **De pmo** dicit. ecce spon-
sus. i. xp̄s venit. **Secdo** quo sciendū. duplex
est aduentus xpī quantū ad p̄sens. scz ad hoiem
et in hoies. hoc est in carnē et in mentē. **Primū** ē
aduentus ad hoies in carnē. de quo **Esai. xxxv.**
Dens ipse veniet et saluabit nos. **Sed** quō. tanqz
sponsus venit copulando sibi humanā naturam
Gene. j. **Erunt** duo in carne vna. i. dñe nature in
vno supposito. scz diuina et humana. **De quo** atha-
nasius. **Perfectus** dens pfectus hō ex aia rōnali
et hūana carne subsistens. igit sponus ē dei fili-
sponsa vō natura humana. **Sap. vij.** **Quesiuit** te
in assumere sponsam. **Et** ppter hoc panymphus
fuit angelus a deo missus. **Luce. j.** ad vginē ma-
riam. **Chalam** vō ē vginis alius. de q ps. **Tāqz**
sponsus pcedens de thalamo suo. **Et** nunc hunc
aduentū recolat ecclesia. et hortat nos ad occurrē-
dum ei dīcēs. **Occurrā** obuiā saluatori nostro.
Sed dīcēs. quō debem? ei occurrere. **Re-**
spondet per gratiā actiones. de quo **Ambrosi**
sup **Lucā.** **Nihil** deo dignius p sua incarnatione
referre possum? qz vt grās agam? dicendo cū ps.
cij. **Benedic** aia mea dño et oia que intra me sunt
noī sancto eius. i. ex omnibz vrbibus aie. scz per in-
tellectū cognoscendo. p memoriā non obliuiscen-
do. voluntate diligendo. **De quo Berñ.** Non tñ
verbo sed opere et veritate debemus grās agere.
Ad qđ hortamur per pphetam **Thobiā. c. xij.** dī-
centem. **Benedicite** deū celi et corā omnibz viuē-
tibus confitemini ei. quia fecit nobiscū misericor-
diā suā. **Acuera** misericordiā maximā. magna
fuit misericordiā nobis exhibita in creatione. ma-
ior in omnibz creaturaz subiectione. s maxima in
humanitatis susceptione. de quo aug. lib. xij. de
trini. ca. penul. **In** rebus per tēpus ortis illa sum-
ma est grā q hō in vnitāte p̄sone deo cōiunctus ē
Ideo hortamur **Eccl. xlij.** **Benedicētes** dñm ex-
altate illū quantū potestis. qz maior est omni lau-
de. quasi dīcēt. **Non** sufficimus eū laudare ppter
beneficiū incarnationis. **Ideo** etiā in die natiuitatē
xpī et per totā hebdomadā canit ecclesia. **Grates**
nunc oēs reddamus dño. **Et** **Berñ.** in sermone de
natiuitate dicit. **Tantam** dulcedinē in carne exhi-
buit vt durissimū cordis est qui eū toto cordis af-
fectu nō diligit et benedicit. **Obuiamus** igitur ei
cum turba clamante in euangelio **Matth. xxj.**
Bñdictus qui venit in noīe dñi. **Secundus** ad-
uentus xpī est in hoies. scz in mentē p grām. **De**
quo **Zach. ij.** **Letare** filia syon. ecce venio et habi-
tabo in medio tui. scz in corde per grām. **De quo**
Isae. ij. **Sponsabo** te mibi in fide. in misericor-
diā et miserationibus. **Ideo** dicit in themate. **Ec-**
ce sponsus venit. **Vnde** ly ecce significat quod

dam mirabile et magnū quid maius et mirabilis
et vtilius quod deus cuius magnitudinis non est finis
paupercule aie amore velit coniungi. ut posset dici
illud **Ero. xliij.** State et videte magnalia quod deus
facturus est hodie. Quid maius et dignius quod deus
dicit aie sponsus. ut in textu. Ecce sponsus venit. non
dicit. ecce rex venit. iudex venit. dominus venit. quod sub
his nominibus continetur aliquid reuerentie et timoris.
Sponsus vero nihil quod purus amor exigit. Sed quod
ois actus amandi conlurgit ex aliquo similitudine. de quo
Ecclesi. xliij. Omne animal diligit sibi simile. si anima rationalis
est creata ad imaginem dei similitudinem. et ergo non
solum gratuita sed naturali quodammodo inclinatione
debet deum diligere. quod non prius dileximus eum si ipse prius
dilexit nos. **Job. liij.** **Idem Bern.** super Cant. Quis
digne pensare poterit quanto affectu nos diligit ut
animam sponsam vocet. **Ma** anima inferior est ge
nere et specie. Genere quia de ea scribit **Isa. liij.** Ge
nerationem eius quis enarrabit. quod nullus. id est omnes anime
nihil sunt in respectu dei. Secundo inferior specie
Job. xv. Celi non sunt mundi in conspectu eius. Ter
cio inferior dignitate. quod enim dignius deo. quod indi
gnius anime peccatrici. **Job. xj.** Excelsior est celo quod
facies profundior inferno. scilicet ratione status peccati. quod d.
Atten de tua dignitate et infirmitate ac dei tibi ex
hibita pietate atque gratiam. de quo **Bern.** Vnde anima
mea tibi hec gratia ut dicaris dei sponsa. **Idem** se
cundo incitat nos ad occursum eius gratiosum. cum
subdit. Exite obviam ei. **Idem** pro quo sciendum. hunc
sponso anime debemus obviare triplici. Primo cum prepa
ratione decenti. Secundo cum desiderio vehementi.
Tercio cum amore excedenti. Dixi primo cum prepa
ratione decenti ad modum caste mulieris que audiens
sponsum venire primo ingreditur thalamum. Secundo
respicit speculum. Tercio abstergit maculas. Quar
to ornat se vestibus. **Spiritualit.** sic fidelis ac deuota
anima audiens appropinquare sponsus anime primo debet
intrare cubiculum conscientie. iuxta illud **Ecclesi. xxxij.** Pre
curre prior in domum tuam. id est conscientie. Dicit enim **Grego.**
super **Ezech.** In omni tempore homo debet tacite ad mentem recur
rere. Quod etiam docet **Esa. xxvj.** Intra cubacula tua
Notant de tua. non aliena. **Greg.** Curiositas est alio
rum vitam investigare et seipsum ignorare. **Idem** de
disceres. quid faciam in cubiculo mentis et conscientie mee.
Unde quod ibi debes videre defectus tuos. secundum illud
Ezech. viij. Ingredere et vide abominabiles animarum.
id est animales inclinationes. et universa ydola depicta.
id est vicia. subdit. Adhuc conversus videbis abomi
nationes maiores. quod quanto plus convertimur ad
interiora: tanto limpidius cognoscimus. quia dicit
Boetius. Nemo est ita compositus felicitatis quod non in
aliqua parte cum sui status qualitate rixetur. Secundo statuit
speculum. ut docet **Bern.** xxxj. Statue tibi speculum
et pone amaritudines. Speculum est sacra scriptura
Iaco. j. Si quis est auditor verbi et non factor hic co
parat vitro consideranti vultum naturitatis sue in spe
culo. Vbi **grego.** dr. Sacra scriptura quasi speculum
proponit ut interior nostra facies videatur. ibi considera
mus defectus. id est peccata nostra et excessus. Et non sufficit
quod quis videat sordes. ideo tercio requiritur quod se la
uet et maculas abstergat. Iuxta illud **gre.** Tergat
sordes prout opis quod preparat deo domum mentis. **Ma**

nihil potest homo videre maculam et non abstergere. Sic
non potest cognoscere peccata in sermone et non coteri
nec perficere. et vitam corrigere. Dicit namque **aug.** Hic
est dilectus dei quod peccata sua respicit et respiciendo cor
rigit. Subdit idem. Nam ibi cessat vindicta divina
ubi correctio precessit humana. Sed bene multi sunt qui
in hoc speculo respiciunt scripturam sacram audiunt
et legunt non ut se emendent sed tamen ut sciunt. Tales non
sunt iusti. quod ut scribit **Rom. ij.** Non auditores le
gis sed factores iustificabuntur. Non enim scientes scri
pturam sed finem eam viventes salvantur. **Iaco. liij.** Scien
ti bonum et non facienti peccatum est illi. Propter quod inquit
Isido. de sum. bo. li. ij. c. j. Melius est studium bene
vivendi quam multa sciendi. Ergo non sis contentus ut
peccata consideres sed ut per contritionem deleas et mundaes
Bern. liij. Lana a malicia cor tuum hierusalem ut
salva fias. **Sap. j.** Non habitabit in corpore sub
dito peccatis. sed in animas sanctas se transferret. **Sap. vij.** Cla
ma igitur cum peccatis. **ps. l.** Cor mundum crea in me deus.
scilicet per penitentiam. Notant de crea. nam gratia conversio
nis per nos habere non possumus. teste **Bern.** In istum re
vertendi ad deum est penitentia. quam sine dubio spiritus ope
ratur in nobis. non nosmetipsi sed dei. **Rom.** quod enim ad ignem
venerit algens et calefactus fuerit vixit noscitur ab
stergere sibi venisse calorem quem sine illo habere non potuit
Sic qui iniquitate frigidus est si postmodum fervore
penitentie accendatur non dubitet advenisse spiritus sancti
prosciam arguentem et animam illustrantem. secundum illud
Bern. xxxj. Postquam convertisti me ego penitentiam. non
dr. ego converti me. Attamen possumus cooperari ad
penitentiam. ut inquit apostolus. **j. Cor. ij.** Dei enim coadjuvato
res sumus. **Idem** nota quod quanto modis possumus
cooperari deo. Primo per contritionem reluctationem seu cessa
tionem. de quo **Ecclesi. xxxj.** Illi si peccasti non adicias
iterum. sed quasi a facie colubini fuge peccatum. **Seneca.** Fu
ge tempus locum et personam. ut etiam docemur **Ecclesi. vij.**
Discede ab iniquitate et deficiet mala. **Metrista.** De co
sore malo fit mens tua sepius egra. et **Ecclesi. liij.**
Qui amat periculum peribit in illo. Et sic tales pecca
tores occasione peccatorum non fugientes neque a pec
catis cessantes committunt blasphemiam in spiritum sanctum.
quibus deus nec in hoc seculo nec in futuro remittit.
ut dr **Matth. xij.** Propter quod dr **aug.** in li. de penitentia.
Qui semper plenam iniquitate. semper sine charitate tor
quetur sine fine. Et propter hoc per culpa transito
ria puniuntur pena eterna. eo quod peccatores nolunt
cessare. De quo **Grego.** Voluissent impij si po
tissent sine fine vivere ut sine fine potuissent pec
care. Ideo ad magnam iusticiam iudicis pertinet. ut
nunquam careant supplicio in futuro qui nunquam vo
luerunt sine peccato esse in presenti seculo. Secun
do cooperamur per liberi arbitrij in deum conver
sionem. **Augustinus.** Qui te creavit sine te non te
salvabit sine te. id est sine tuo libero arbitrio. **Ma**
videmus de lumine solis quod est commune. si autem
fenestra claudatur non intrat. si autem aperitur lu
men solis intrat. sic lumen gratie est commune. **Job**
xxx. Super quem non fulget lumen eius. Si tamen
aperiatur fenestra liberi arbitrij. Scribitur enim de
penitentia. **dist. ij. c. vii.** Cur deus hominem condidit li
beri arbitrij ut non trahatur ad vicia inuitus. nam
secundum **Richardum.** Gratia habere se ad liberum arbitrium

De sancta Barbara

triu sicut fessor ad equu. licet pungat cum calcaribus. in si non vult ire equus cadit sub ipso. sic homo si non vult libere arbitriu pformare deo pot manere in peccato. quia scribit Gen. iij. Subter te erit appetitus tuus et tu dominaberis illi. **Bern.** In nobis est si consentire nolumus. nam nemo deiecit inuitus. **Tercio** coopamur in bonu cu defectu nostru et pctoz summa humili recognitoe cognoscimus. dicendo cu ps. l. **Qm** iniquitate mea ego cognosco et peccatu meu contra me est semp. i. p displicentia. **Aug.** Si homo cognoscit deo ignoscit. cognoscit videlicet dolendo et dicendo cu bro **Bern.** in meditationibz cogitanti mibi q deu et patre et creatore meu offenderim quana fronte oculos meos ad vultu patris mei leue. pudet me ita virisse de genere vt impleatur in me illud ps. lxxv. Confusio operuit faciem mea. **Quarto** coopamur p affectuosam oratione. dicendo cu filio p digo. **Iu. xv.** Pater peccauit in celu et cora te. ia non sum dignus vocari filius si fac me sicut vnu ex mercenarijs tuis. q. d. fm hiero. sup **Lucā.** Pater pcti obligat me. pondus pscie depmit me. non est spes mibi neq fiducia nisi in te. iudiciu et penas timeo. amisi filialem dignitate. offendi tua paternalē pietate. peto misericordia tuam cōcede m mercenarij seruitute vt impetret venia p oratione. vt et iste. **Na hz Matb. xvij.** Serue nequa ome debitu tibi dimisi qm rogasti me. **Propt** qd docet **Ihd.** Quoties homo tangit vicio totiens debet subseq oio. **Quarto** sponsa non solu maculas abstergit. s. vt sponso placeat vestimentis se ornat. sicut legit **Ruth. iij.** La uare filia et induere cultioribz vestimentis tuis dixit noemi ad ruth. **Spūalē.** vestimenta anime sūt virtutes. de q **Ihd.** Sicut corp ornat vestibz. sic aia virtutibz. de qbus **Apocal. xv.** **Brūs** q custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. **Na** malū dimittere et bonū nō agē est nudū cora deo apparere. ideo **Greg. dt.** Non satis ē mala nō agere nisi quisqz studeat bonis opibz insudare. **Qd** **Esaias j. c. dt.** Quiescite puerse agē et discite bene facere. **Sūt** apłs **Col. iij.** Induite vos sicut electi dei. scz vestimēto virtutū. nā licet plures sint virtutes qz induere debem⁹ ad obuiandū sponso aie. signant tñ sunt due pre alijs virtutibz qbus cōformamur sponso aie nre. videlicet puritas et charitas. **Vide** mus em q spūs et sponsa induūt se vestimentis eiusdē coloris i signū vnionis et amoris. **De** sponso vo nro scribit **Canf. v.** Dilect⁹ me⁹ candid⁹ et rubicund⁹. **Sic** nos debem⁹ gerere vestē puritatis candidā. de q **Eccles. ix. vi.** Di tpe sint vestimenta tua candida. vt impleat illud **Apo. iij.** Ambula bunt mecu in albis. **Itē** rubicundus ē sponus nre. et sic nos gerere debem⁹ vestē rubeā. i. vestem charitatis rubricatā in sanguine dñice passionis. j. p m. iij. **Christo** in carne passo eadē vos cogitare armamini. **Na** ex passionis dñice memoria textit vestis charitatis. de q **Amas.** Amplius ad charitatem nō accendit qz q dens ppro filio nō peperit s. p nobis oibus tradidit illum. **Hec** est vestis nuptialis in q debem⁹ occurrere sponso iesu xpo qua xps induit⁹ ad nos in hūanitate venit. vt dicit **augustinus.** q sola charitas fecit incarnari xpm.

Na charitas est via dei ad homines. et via homin ad deū. alias sine veste ista dñ nobis illud **Matth. xxij.** Amice quō huc intrasti nō hīs vestē nuptialem. ideo **Bern.** dicit. Nisi qz habuerit vestē charitatis nunqz habebit in futuro stolā eterne claritatis. **Hoc** ppendēs scā barbara in puritate virginali et charitate dñicali occurrat sponso anime. vt pater in eius legenda.

Sermo. vij. Ad idem

Simile ē regnū celoz

I decē virginibz. qnqz aut ex eis erāt fatue et qnqz prudētes. **Matb. xxv.** **In** verbis pmissis tria innunt. **Primo** cōmēdat in generali virginitas. cu dñ. **Sile** est regnū celoz decē virginibus. **Secdo** reprobat virginal fatuitas. ibi. quinqz erāt fatue. **Tercio** laudat sanctaz virginū sagacitas: ibi. et qnqz prudētes. **Vtri** pmo cōmēdat in generali virginitas. cu dñ. **Simile** ē regnū celoz decē virginibz. **Mora** virginitas cōparat regno celoz triplici de causa. **Primo** ppter dignitatē. **Secdo** ppter amenitatē. **tercio** ppter vnitatē. **Primo** ppter dignitatē. **Dicit** **Aug. li. de viduis.** Bona ē castitas cōiugalīs. melior vidual. optimavirginalis. ideo **Eccli. xxvj.** **Dis** ponderatio nō est digna cōtinētis aie. **Na** magna est differentia inter statū matrimonij. vidualē et virginalē quo ad puritatem. de q **Hiero.** Virginitas se habet vt aurū. viduitas vt argentū. coniugalitas vt ferrū. **Itē** subdit. Virginitas vt diuitie. viduitas vt mediocritas. cōiugalitas vt paupras. **Itē** subdit. Virginitas vt pax. viduitas vt redēptio. cōiugalitas vt captiuatio. **Itē** subdit. Virginitas vt regina. viduitas vt dña. cōiugalitas vt ancilla. **Itē** virginitas vt patria. viduitas vt pōr. cōiugalitas vt pelag⁹. **Itē** virginitas vt caro sana. viduitas vt cicatrix. cōiugal vt vuln⁹. **Quāobz** **Hiero.** cōmēdat virginitatē dicēs. Virginitas ē summa gēma. thesaur⁹ pciōsus. margaritis refertus. i. repletus. **Idcirco** saluator in euāgelio cōparat eam regno celoz ppter ei⁹ dignitatē. **Na** dignitas ei⁹ in trib⁹ attendit. **Primo** qz a solo deo confertur. de q **Sap. viij.** Non possum esse cōtinēs nisi deus m dederit. ideo **Aug. dt.** Inbes cōtinētiā. da qd inbes et inbe qdqd vis. **Secdo** in hoc attendit ei⁹ dignitas quia paucis dat. **Matb. xix.** Non oēs capiūt verbū h. qz plures sunt noie vel etiā corpore. pauci tñ corpore et mente. **Tercio** in hoc quia multū appreciat. eo q dñs in euāgelio centesimū fructū eis assignat. **Ideo** sicut aquila inter volucres. lucifer inter stellas. gēma inter lapides. ita excellit matrimonij et viduitatē virginitas. **Ideo** **augustin⁹** dicit. **O** fulgida virginitas. germana angeloz. lampas ecclesiaz. lux animaz. **Ideo** ratione dignitatis comparat regno celoz. **Secundo** virginitas comparatur regno celozum ppter amenitatē. quia est locus amēnus et pulcher quia nihil cōinquinatū intrabit in regnū celoz. **Apocalipf. xxj.** et sic stant virginalis. **Sapientie iij.** **O** q pulchra est casta generatio. vt **Ambrosius** libro de virginitate dicit. **Pulchritudinem** maiore quis existimet nisi virginitatis decorem.

que amat a rege. pbat a iudice. dedicat a dño. acceptat a deo. Sap. vi. Incorruptio facti esse. primi deo. Propter qd iohannes euangelista virgo electus primior fuit xpo in cena recubens sup pectus. Sup q venerabil' Beda dt. Que progarua castitatis ampliori dilectio fecerat dñi. Idcirco est amen et pulcer stat' virginitati. vt inquit aug'. Qd dulces sunt fruct' castitatis. nō singulater reficit in eis dñs maiestatis. Tercio vinitas cōpat regno celoz p'p' vnitatē. nā sicut angeli et sci in celo vnti sunt deo. vt dt aug'. in epla ad Cirillū. qd nihil volūt nisi qd deus vult. sic vrgines vnite et despōsate deo. Iuxta illud. ij. Cor. xj. Respondi vos vni viro vrginē castam exhibē xpo. signant de vrginitate p votū q maior ē qd cōtinere p simplex ppositū. Et exēplificat Cypan'. Sicut dās arborē cū fructu plus confert qd q fructū simplicē tribuit. sic seruās vrginitatē cū voto. qz talis frangit ei' libez arbitriū p'p' deū q sibi tā nō licet qd p'p' licuisset. vt dt scñs Tho. in scda scde. Ante votū ē libertas. post votū vō necessitas. qz valde peccat post votū. qz tā est xpo despōsata. Ideo aug'. de bono viduitatis dt. Que nō inceperit deliberet. q aggressa ē p'p'eneret. Scribit em' Eccles. v. Multo meli' ē nō vouē q post votū pmissa non reddē. Dixi scdo reprobat vrginal' fatuitas. cū dñs. qnqz erat fatue. q. d. qnqz sunt vicia q vrginalē castitatē ostēdūt fatuā. **P**rimū viciū ē supbia. de q aug'. Quid pdest cōtinētia si adest supbia. Greg. in moral. dt. Perit omne qd agit nisi in hūilitate custodiat. Ideo ps. cxvij. dt. Supbi int que agebāt vsqz naqz. Propt' qd dicit aug'. li. de vrginitate. Nō solū p'dicāda ē vrginitas vt seruet' h' etiā amonēda ne inflet. Iudith. ix. Supbi non placuerūt tibi dñe ab initio. Berni. Audeo dicē q nec vrginitas marie placuisset dño sine hūilitate. **S**cdo viciū ē supfluitas cibi et potus. qz gula generat luxuriā vt mī filiā. vt hī Ezech. xvj. Hec fuit iniquitas sodomie sororis tue. supbia. saturitas panis. et abūdantia et ocii. Ideo hiero. dt. Nemo oneret cibis vsqz ad inflationē ventris. Greg. Dū venter nō restringit cuncte virtutes obmutat. Nō solū est viciosum vrginib' supfluitas cibi h' et potus. ideo ad Eph. v. Nolite inebriari vino in q est luxuria. Proverb. xx. Luxuriosa res ē vinū et tumultuosa ebrietas. Quicūqz bis delectat nō erit sapiens. i. de numero sapientū. Propter qd dñs in canone. xxxv. di. Ante oīa vitet ebrietas que oīni vicioz fomes et nutrit est. vt patet in loth q inebriatus vino duas filias carnales violauit. Hinc est q btus aug' ait. Facilius conseruat ignis et aqua in vno vase qd cū supfluitate cōtinētia. **T**erciu viciū est ocii. De quo Berni. Dim reptationū et malarū cogitationū et inutiliū initiū est ocii. ideo hieronim' dt. Semp aliqd operis facito ne te diabolus inueniat ociosum. Eccl. xxxij. Multam maliciā docuit ociositas. Eccl. ix. Qd cūqz pōt facere manus tua instanter opare. Berni. Qui in labore hominū nō sunt in labore demonū erunt. **Q**uartū viciū est viroz frequens conuersatio. Dñs hiero. Vir et virgo. ignis et palea dyabolus flare nō cessat nisi incendat. Et nō solū de vrgini

bns intelligendū ē. h' etiā de mulierib'. **P**roner. vi. Quqd pōt hō ignē in sinu suo abscondere vt vestimēta sua nō ardeant. aut ambulare sup p'p'inas vt nō cōburant plante eius. sic q ingredit ad mulierē. primi sui nō erit mūdus cū tetigerit eā. Ideo cū muliere nō sunt multa colloquia habenda. Nemo i se cōfidat. si scñs est tñ securus nō ē. vt dt aug'. Breuis sermo et asper cū vrginib' est habendus. Nec min' ideo cauēde sunt qz bone et pie cōuersatōis. quāto melioris fame sunt tanto magis alliciunt. qz sub affectu pietatis se occultat frequēter fax impie libidis. vt patet in thamar. ij. Reg. xij. quā amon frater ei' carnal' corruerat. quā fuit sola cū solo amicabile cōuersatūe cōiuncta. **Q**uintū viciū est defect' dei charitatis. De q in textu. **F**ame vrgines nō sumpserunt oleum secū. Qd tractās btus Berni. dt. Castitas sine charitate nō placet deo. Est em' castitas sine charitate sicut lampas sine oleo. feret em' lāpas et nō lucet sine oleo. ita castitas sine charitate. vt in sermone pmo hui' festiuitatis patet. **T**ercio dixi laudat sanctaz vrginū sagacitas. cū dñs. qnqz prudentes ac si patent dicēt. qnqz sunt virtutes q scñs faciūt vrgines. **P**rima virtus ē hūilitas. de qua Berni. sup missus ē. Pulcra est p'p'xtio vrginitas et hūilitas. qz hūilitas cōmendat vrginitatē et ornat. Quāobrem btā virgo maria oblita vrginitate de sola hūilitate gl'iat dicēs Luc. j. Hesperit hūilitatē ancille sue. Ideo Berni. dt. Laudāda est vrgitas. laudabilior ē hūilitas. vrgitas consiliū hūilitas p'cipit. De ista dñs in euangelio. Qui pōt cape capiat. De illa vō scribit. Nisi edificiamini sicut p'puli. itellige hūiles. nō intrabitis i regnū dei Aug'. Audeo dicere supbis v'lic esse cadere vt in eo in q extollunt humilicent. qz plus expedit vrginē non esse qd de vrgitate insolescere. i. supbre. **S**cda v'rus q p'p'inet ad prudentiā seu prudētē vrginē est sobrietas. ad Tyti. ij. Sobrie et iuste ac pie viuam' i hoc seculo. Aug'. Sobrietas est custos diuinorū studiōz disciplina mox. Licet pertinet ad oēs signant tñ ad vrgines que debēt esse sobrie et moderate i cibo et potu. qz scribitur de cibo Hiero. v. Saturauit eos et mechati sunt. De potu vero dicit Hiero. et habet. xxxv. dist. Venter vino estyās cito spumat in libidinē. Itē vinū est vrginitatis venenū. Nam si iudith vinū bibisset cū holoserne concubuisset. Tercia v'rus est laboriositas. Vnde aug'. de sacris vrginib' dicit. Domitica vrgo in domo dei posita lanificio operi insistere debet. Ratio quia ocii est via ad libidinem. Vnde poeta. Ocīa dant vicia fugiant ergo. pcul illa. Et iterū poeta. Querit egiscus cur sit factus adulter. In p'p'ro causa qz desidiosus erat. Ideo Berni. Ociositas est magistra nugarū et nouerca virtutū. **Q**uarta v'rus est pudicitia. Ideo Eccl. xxvj. Gratia super gratiā mulier sancta et pudica Aug'. cōtra iulianū. lib. iij. dicit. Pudicitia ē res anime et corporis vrginitas. Nā illa in anima pmanente pōt ista tolli de corpore violentē. et tamē manet in anima. Illa autē in corpore non manente lasciuia voluntate corrumpitur. Ideo Ambrosius sup Lucā dicit. Dīce vgo vitare lasciuā. ma

De sancto Nicolao

ria est angelis verebatur salutatione quod pudicitie ingerit timore. **P**rius Berni. super missus est. Que vere vergines sunt semper paucis debent. i. timere. nunquam secure. scientes in vasis fictilibus preciosum thesaurum portare. Item pudicitia vitet viros conversatione et verborum multiplicatione. De qua Ambrosius. Virgo que christum querit non debet esse vulgaris. i. cois. non in foro non in plateis. non in voce garrula. non gressu lubrica. Ideo ambrosius. de viduitate dicit. Custodi virginitas tuas ut non delinques in lingua tua. quia et bona loqui plerumque crimen est virginis. scilicet si peccatiter non putat oportet quod vel ubi hugo dicit. Si virgo es custodi diligenter quod habes. Dicit namque augustinus de virginitate christiana. Quo sublimior est gloria eo maior ad custodiendum debet esse cura. Quinta virtus est charitas. de qua in evangelio dicit. prudenter vergines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. i. charitatem que omnes virtutes illuminat. sine qua nullum opus bonum deo placere potest. **P**rius. j. Choro. xlii. dicit. Si linguis hominum loquar et angelorum. et si omnem substantiam meam erogavero in usus pauperum. et corpus meum in ignem tradidero ita ut ardeam. charitatem vero non habuero nihil in prodest. Berni. in epistola ad Senonem. Tolle charitatem castitas non placet deo. Hoc autem dens ista barbara oleum charitatis in vase cordis habuit. Dicit enim beatus augustinus. Quantum quis despiciat et propter deum derelinquat tantum diligit. Ipsa vero reliquit patrem et patrimonium totumque mundum propter christum. ut patet in eius legenda.

De sancto nicolao episcopo. Sermo. viij.

Memento creatoris tui

In diebus iuventutis tue. scribitur Ecclesiastici. xij. et proponit ad laudem et honorem beati nicolai in festo hodierno. In verbis promissis duo innuunt. Primo hortamur ad dei commemorationem: ibi memento creatoris tui. Secundo subiungit tempus determinationem: ibi. in diebus iuventutis. De primo dicit. Memento creatoris tui. **R**espondeo quod sciendum tria habemus a creatore nostro: Primo ea que ducunt ad timorem. Secundo ea que movent ad amorem. Tercio ea que movent et incitant ad gratificationem. Primo debemus commemorari ea que incitant seu que incutunt timorem. et sunt duo. Primum est ire dei provocatio. de qua Deuteronomio. ix. Memento et ne obliviscaris quod ad iracundiam provocasti dominum deum tuum. scilicet per peccatum. Nam irascitur peccato. Ecclesiastici. xij. Altissimus odio habet peccatores. Et quod est quod non offendit. Iacobus. iij. In multis enim offendimus omnes. Qui sunt qui non peccaverunt. Romanus. iij. Omnes peccaverunt et egent gratia dei. Propter quod exhibet se reum beatus augustinus. in libro de sermone dei dicens. Terret me vita mea quia nil nisi sterilitas in ea. Si quis fructus habet aut simulacrum aut impium aut corruptum. Idcirco timendum est et per omnia agenda est ut docemur. Apocalypsis. ij. Memento unde excideris et age penitentiam. quia hoc est remedium contra dei iram ut scribitur Crysolomus. super epistolam ad Hebræos. Nullum delictorum tale remedium sicut incontinua memoria eorum. dicens cum Hieremia Tremi. iij. Memoria memor ero et tabescet in me anima mea. Nam per tale memoriam ezechias acquisivit dei misericordiam et prolongationem vite sue. xv. anno dicens Esaia. xxxv. Recogitabo

tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Secundo quod memorandum est quod incitat ad dei timorem est mortis et iudicii vel meditatio. **P**rius Ecclesiastici. xj. Si homo multis annis vixerit et in his omnibus letus fuerit meminisse tenebrosi templi. scilicet mortis. et vel necessitatis. i. iudicii. ubi homo necessitate angustia ad reddendam rationem. de qua Berni. in meditationibus. Statim presentabor ante districtum iudicem de omnibus operibus meis reddatur rationem. Tunc demisso capite maleicie in iudicio stabo. et dices mihi. Ecce homo et operatus. Hoc debemus memorari. **P**rius. xij. Cogitationes iustorum iudicia. Hoc fecit hieronymus. dicens. Siue comedo siue bibo siue aliqd aliud facio sonat vox tube in auribus meis. surgite moriamini. Et hec memoria inducit timorem. **P**rius. cxv. i. iudicium enim tuum timeo. Timor enim operatur peritiam vitiationem. Ecclesiastici. j. Timor domini expellit peccatum. de qua et fabianus papa. et beatus in canone. xj. q. liij. Qui oporteret deum metuere nec contra deum nec contra ecclesiam nec contra sanctorum statuta facit. **S**ecundo debemus memorari ea que movent nos ad dei amorem. Et sunt duo. Primum est digna creatio. **P**rius. xcix. Ipse fecit nos et non ipsi nos fecit nos non simpliciter ut alias creaturas. sed dignanter ad imaginem et similitudinem suam. Genesim. j. Quam honor. quia dicit augustinus. xj. de civitate dei. In rebus creatis nihil deo propinquius sua imagine. propter quod debemus eum diligere. quia scribitur Ecclesiastici. xij. Omne animal diligit sibi simile sed in omnibus rebus creatis anima rationalis nihil sibi simile potest invenire nisi in creatore. ad cuius imaginem et similitudinem facta est. Digne ergo totum suum amorem in deum debet reflectere. Secundo quod incitat ad amorem dei est incarnatio. de qua augustinus. de trinitate. c. penultimus. li. iij. In rebus per tempora oris illa summa est gratia quod homo in unitate persone deo coniunctus est. Nam in creatore facti sumus ad sui imaginem. in incarnatione assumpti nostram naturam facimus ad nostram imaginem propter quod magis debemus eum diligere. propter quod illud augustinus. super psalmum. liij. Illi dei facti sunt principes nostre mortalitatis ut homo fieret princeps sue divinitatis. **T**ercio debemus memorari ea que inducunt ad gratificationem. Et sunt etiam duo. scilicet redemptio et glorificatio. Primum est redemptio. **P**rius. cx. Redemptionem misit dominus populo suo. Gregorius. Quid nasci posset nisi redimere posset. Ideo Berni. Si totum debeo me illi pro me facto quod factus pro me redemptor. quod. amplius me deo grati exhibere debeo. dicens illud Apocalypsis. xj. Grati agimus tibi domine deus quia receperis virtutes magnas. scilicet ad redimendum nos. Secundum est glorificatio. i. glorie preparatio. Iohannes. xv. Dado vobis parare locum. scilicet in regno meo. Iuxta. xxij. Ego dispono vobis sicut disposui mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Ecce quantam gloriam exhibuit nobis etiam sine meritis nostris. ut dicit Berni. Non sunt talia merita propter que datur vita eterna nisi ex dei gratia. Ideo merito debemus ei gratias agere. dicens cum apostolo. j. Choro. iij. Gratias ago deo meo semper. Et cum psalmus. cii. Benedic anima mea domino. et noli oblivisci omnes retributiones eius. Bernardus. Sicut nullum est momentum in quo non vitamur dei bonitate et misericordia. ita nullus debet esse momentum in quo non debemus habere eius